



AD
DISPUTATIONES PUBLICAS
IN
CRITICAM SACRAM
INVITATIO ET PROLVSIO.

I. N. I.



Dudum jam est, ex quo CRITICA in contemptum abiit, & præter meritum male audire cœpit. Fato sane perquam indigno, malam adeo gratiam a bonis literis referens, quæ, ut verum a falso discerneret, suum cuique tribueret, dubios legitimis parentibus fœtus, germanam libris lectionem, pristinum humanitati decus assereret, nullis pepercit vigiliis ac laboribus, diurna nocturnaue manu auctorum scripta versans, pervetustos, & cum tineis sæpe ac blattis certantes, situque ac squalore obductos pervolvens codices, exoletas, fugientesque multo cum labore revocans literas, quin & vetustate exesâ scrutans renovansque marmora. Nunc ubi commoda, Criticæ lucubrationibus curisque parta, in usus suos vertit orbis

D. Carpz. Crit. Sacra.

A

orbis